Noverint universi quos nosse fuerit oportunum quod nos videlicet Rch. de Rutti canonicus Basiliensis. Wo. de Rutti fratres et H. de Venza procuratores illustris domine Elisabeth comitisse iunioris
de Kyburch et Anne infantisse sue filie pro Burgundia persolutione et exoneratione debitorum usurariorum et aliorum quibus dominus noster pie memorie. H. quondam comes iunior de Ki
burc predictam dominam .E. comitissam relictam suam ac filiam relictas graviter involutas quasdam possessiones videlicet Baphersvile Dietsvile. Utwile in Affoltre et hoc
quod dicitur Eiche cum tota universitate terre et siluis adiacentibus iure patronatus ecclesie de Baphersvile non excepto uno cum sua universitate consueverunt insuper unam
scoposam apud Wengen unam scoposam apud Chotzchove cum eo quod Strubche dicitur et unam scoposam apud Seresvile et aliam aream ibidem sitam cum omnibus
iuribus utilitatibus et pertinentiis ipsorum tam in agris siluis pratis quam forestis pascuis et usuagiis tam in bosco quam in plano ac pertinenciis eorundem universis titulo venditionis
tradidimus et alienavimus nomine et loco supradicte A. domicelle nostre de consensu et voluntate perliberata. E. comitisse domine nostre ad quam predicta bona iure dotalicii quod Libgedinge dicitur
pertinebat quod in ius eadem comitissa in manibus nobilis viri domini Wo. predicti de Rutti nomine filie sue primitus resignavit fide data nomine iuramenti ne deinceps possessiones earumque pertinencias
in parte vel in toto ratione usu fructus seu iure dotalicii quod Libgedinge vocatur ullo tempore repeteret. Viris religiosis videlicet domino Vl. Abbati et conventui de Frienisperch Cisterciensis or
dinis nomine sue ecclesie pro centum et L marcis argenti quas integraliter nos et dominam nostram predictam ab eisdem religiosis recepisse ad manus filie sue et in utilitatem eiusdem
et domini evidentem et necessaria videlicet solutionem debiti usurarium pro quo intra fiuba eius seu domini exhauriri poterit convertisse presentibus protestamur promittentes fide data
nomine iuramenti nos et domina nostra perliberata quod cum aliquem tutorem prefate A. domicelle nostre assumere vel in assumendum voluerit consentiemus ut se prius astringi
consentiat ut predictarum possessionum venditio ab eo cum ea securitate et sollempnitate firmetur que consuevit in tutoribus regi et a tutoribus observari. Obligantes etiam dominam et fili
am predictas ac heredes ipsarum per presentes dictis religiosis ad warandiam legittimam bonorum premissorum. Testes huius rei et contractus fuerunt. Venerabilis in Christo. Vl. Abbas sancti Urbani Iulianus custos
ibidem. Jo. cellerarius et H. vestiarius monachi de Aurora. Frater Andreas Gardianus fratrum minorum in Berno. Frater C. de Bichtelbach et frater Jo. de Romolswalt de ordine minorum. Dominus P.
de Honoberch. dr. de Rubecca. C. et Vl. fratres de Vilmaringen. R. et H. fratres de Schupho. C. de Burtorf. C. de Viners. Willelmus de Mackenberc. Jo. de Tuno milites. P. de Bra
nels. Willelmus de Arelon. H. de Martstetten. Wal. de Liela domicelli. W. villicus de Sevrnowa. Vl. et B. filii eiusdem. Jo. de Tedlinkon. Vl. scultetus in Burtorf. B. quondam scul
tetus ibidem. Jo. et H. fratres de Krolsvile. Jo. de Baphershusen Egen in Burtorf et alii quam plures. Ad maiorem autem evidentiam et robur premissorum Nos predicti procuratores dedimus presen
tem cedulam prefatis religiosis nostris sigillis firmiter communitam. Actum et Datum Burtorf Anno gratie M. CC. LXIII. In festo sancti Innocentium — — —